



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.31. Constantius Mediolanensis obit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

nedictionem Cerei & Evangelii expositio- Sæculum VII
A. C. 601.
nem, quam Episcopi in Paschate pronun-
ciare solent, ab alio recitari jube. Hæc
epistola mense Febr. anno 601. data est.

§. XXXI.

Constantius Mediolanensis obit.

Constantio Episcopo Mediolanensi anno superiore fatis functo, vehementer indoluit S. Gregorius; nam vir erat Disciplina Ecclesiasticæ tenax, & in Custodia Civitatis suæ vigilantissimus. Hæc VII. ep. 65. de illo ad populum & Clericos Mediolanenses scribit, & subjungit, Electionem Diaconi Deusdedit sibi pergratam esse, addens: *sed tantum faciem ipsius & non mores novi, idcirco tam Dei honor, quam utilitas vestra postulat, ut sollicite examinatis, an in vita præterita bujus viri nulla culpa deprehendatur, ob quam juxta Canones repelli mereatur, præterea an Regimini, & Disciplina conservandæ idoneus sit. Si dignum judicatis, volumus, ut vi hujus epistolæ ordinetur.*

Illud autem, quod vobis Agilulphus scripsit (erat is Rex Longobardorum) non vos terreat; nunquam enim consentimus, ut vir ab aliis quam a Catholicis & præsertim a Longobardis () electus*
M m 3 ordi-

(*) Ex his cognoscimus, necdum illo tempore totam Longobardorum Gentem Fidem Jesu Christi suscepisse.

Sæculum VII ordinetur, nempe hoc ipso indignus, qui

A. C. 601. S. Ambrosio succedat. Nec est, quod timor
meatis, nam Ecclesiæ Mediolanensis fundi,
Deo sint Laudes! non in potestate inimicorum,
sed in Sicilia & aliis Regionibus

IX. ep. 21. Imperio subditis positi sunt. Ne igitur
vos movaremur, Pantaleonem Notarium
nostrum misimus, qui nostro consensu, &
pro more Deusdedit consecrari procurat.

§. XXXII.

Fortunati Neapolitani Obitus.

Ecclesia Neapolitana, Fortunato defuncto, sub idem tempus vacante, populus in Electione Successoris inter duos Diaconos Joannem & Petrum in partes abiit. Re ad S. Gregorium Papam per scripta, illis respondit: *Hac voluntatis diversitas nec nova est, nec vituperanda, sed comperi, quod Joannes Diaconus filiam habeat adhuc parvulam; unde nec illi eligi, nec ipsum in Electionem consentire oportebat, cum necdum satis ad servanda Continentia probatus esset. De Petro Diacono ajunt, virum esse simplicem admodum; scitis vero Ecclesiam, præsertim temporibus, indigere Viro, qui non solum Saluti animarum, sed etiam securitati & commodis civilibus Gregis sui invigilet.* (*) Vult dicere, in occasu

(*) Ex his Lector facile dispiciet originem & occasionem, qua multi Episcoporum sibi etiam Jura Principatus vindicarunt.